Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift

enciu perfectum: uitam sancti confessoris christi
liutgeri quanta possumus uitate euoluam

Vita sancti Liutgeri episcopi

Igitur Liutger
ex frisia oriundus fuit.
parentes eius non solum ad seculum
nobiles: sed in fide catholica cri
stianissimi erant. Auus eius
nomine wrissingus: ex illa primum familia
christianitatem percepit. Is adocognomito: a rege
radbodo qui tunc frisie imperitabat. obiu
stitie defensione a patria effugatus: et
in francia pulsus est. Sed cum post mor
tem radbodi karolo regnante. frisia
francorum accessisset imperio: ab ipso demum
ad patriam causa fidei roborande remissus
est. Huius filius iunior uocabulo thi
atgrimus sancti uiri pater erat: mater liaf
burga dicebatur. hec auiam ex paterno ge
nere habebat gentilem. Que cum dole
ret filio tantum filias nasci: furore femi
neo matrem sancti uiri eadem qua nata fue
rat hora. aquis necari precepit. Unde cum
iuxta crudele eius mandatum situle
aqua plene a mancipio cui hoc iniunctum
erat immergeretur. puellula brachiolis
extensis utique manum margine situle
apprehendit: et quibus potuit uiribus contra
ne mergeretur cepit. Mirandum prorsus
spectaculum: nata sub hora puula etati
perfecte reluctari. Itaque in hac eorum colluc
tatione prorsus mirabili. uox misericor
dissima dei dispositione uicina mulier
superuenit: et mira mota infantulam de
manu mergentis eripuit: et quia iuxta
superstitionem gentilium. semel aliquid
gustantes illicitum erat necari infantes.
cum puerula domum regressa: ori eius
de melle aliquantulum immisit. Quod cum
ipsa statim sorbuisset: ab imminentis mor
tis periculo liberata est. Nam cum ipsi quibus
ad perimendum puula fuerat commissa. ne
que eam contra sue religionis sectam per
imere presumerent: neque sue tarditatis
moras domine que intenta filii domo dominabatur
profiteri auderent: ipsi que eripuerat:
eam mulierule furtim nutriendam per
miserunt. Ita occulte in domo eius prout
tem aliquanto tempore educata: post auie de
mum mortem matri restituta est. Cuius
hoc munere: cuius nisi tua christe gratia factum est:
Quis tantille infancie intelligentiam.
quis fortitudinem prestitit resistendi: Tua
hoc pietas deus tua clemencia fecit: ipsa
eam meritis sancti liutgeri. qui ex ea postea
nasciturus erat: et ab imminenti discrimine
liberauit: et future eius generacioni reser
uauit. Felix plane et omni laude digna.
tanta prole et tantis sui ortus auspiciis mater.
Nam licet moyse qui sicut legitur dominum facie
ad faciem uidit. ista meritis uel digni
tate longe inferior habeatur: quedam tamen
uel mortis sentencia. uel ereptionis
similitudine ei comparanda uidetur. Sic
enim ipse olim ab impio rege aquis neca
ri iussus est. sic michominus ista ab im
pia et crudeli auia eandem mortis sen
tenciam excepit. Moysen natum utpote
elegantem puerum mensibus tribus mater
occultauit: hec neque una saltem horu
la quo miserior eius esset occasus. cum e
et misere matri conseruata est. Ipsum
regis filia adoptauit in filium: hanc
paupercula loco filie educauit. Ipsa ua
gientem miserata est: hec etiam reni
tentem liberauit. Postremo moyses
populum hebreorum de egypto eduxit: illa
quod in se nata minus habuit prosobolem
adimpleuit. que tanta de errore gentilium
multitudinem liberauit. His indiciis
venerabilis femine probitas. iam in ipsa